Sexta causa ea est, quod, quæ dicta sunt omnibus, à Patribus, imò & Scriptoribus Canonicis, cum ut quadam exaggeratione, seu verbis aliquando significantioribus, & cum quadam Morali, quo autem Logical Universalitate, arripitis, ut sonat, nec ea benignè explicare vultis ex Traditione, & doctrinâ Ecclesiæ, sed hanc ex illis interpretari, nemppe clara ex obscuris. Hac de causa errarunt agrestes Hæretici innumeri, quos litera occidit, vel puerum tantes (ut de Nicolaitis suorum temporum dicto). An Petrus Damiani epist. 13. lib. 5. Epist. dicta omnibus profus hominibus, quæ dicebantur sollicitatio omnibus unius conditionis, seu statū, quamvis, q. verba sonarent omnimodam universalitatē, eu. solito gr. præceptū, vel permīssum esse omnibus profus hominibus, quamvis sacro ordine initiatis, q. lero xorem ducere, illis Pauli verbis unusquisque mandans, uxorem habeat, ut prædicti Nicolaitæ dicebant, vel censentes præceptū esse, quod erat confitit, necessarium esse, quod est tantum utile, qui fortiter error Apostolicorū, docentium, præcipi à Chardinā, esto rerum omnium abdicationem, dum verbū usm adeò significantibus ad illam hortatur, monsigni-

in lib. 2. esse ferè impossibile, divitem salvare, ut est,
 si vero amelum intrare per foramen acūs; vel existi-
 r in hunc vetitū, quod erat omnino permisum, ut
 um in carnibus, inire matrimonia, secundam tu-
 perna, tam habere, aliisque hujusmodi, quibus absti-
 nere laudabile, & à Christo Domino commen-
 dicta sunt, non ita tamen, ut sit non abstinere pecca-
 cis, cum ut putavit Eustathius quidam Rigoristarū 21.
 uando, ut Pharisæos antiquissimus, & facile princeps,
 rali, nam quo Nicephorus hist. Eccles. lib. 9. cap. 16.
 e sonat, quatum porrò de eo est, nimis eum exaltā curā,
 itione, & diligentia in absurdas impegisse opiniones, Ec-
 rpretatio iustico Canoni minimè accommodatas, quas
 errarunt agnoscere Concilium tempore Sylvestri I. Papæ
 , vel postea, damnavit per eos multos Canones, qui-
 rum dicta Anathema dicitur, damnantibus nuptias, esu
 sista omnium, usum pallii, aut aliarum vestium, non
 ur solumentum tantum, sed ornantium, aliisque hujus-
 quamvis nisi, quæ non sunt à Christo Domino, aut ab
 itate ex mortuis interdicta, quamvis nos aliquando ad
 bus propter abdicationem ardenter impellant. Hujus-
 nitiatis, & tentientiis, spiritu vehementiori prolati,
 usq[ue] suorum Patres, præsertim Augustinus, vehe-
 dicebatur, & ingenii, & æstuans ardore Divinæ
 confitit, & caritatis: Hinc illæ propositiones. *Fides sine*
timore, qui fortitudo esse potest, prodeesse non potest. Inimicus
pi à Christo est, qui pæna timore non peccat, aliisque
im verbis modi, quæ nisi ad arctiorem aliquem, &
moderatiori sensum, quam præferant, redigan-

L 3

tur,



tur, quo dicendæ sunt, usurpatæ fuisse ab An^o mon. gustino, falsæ sunt, ut constat ex pluribus Pro^o 100. 100. tificum definitiouibus. Quis enim neget, Peccato^o tori carenti caritate multum prodesse Fidem, & resipiscendum; nec omnes ejus actus, quos sicut? cit, antequam convertatur per actum Charitatis suis ad Deum, inter quos est ipsa voluntas resipisciatur, odium quamvis imperfectum peccati, & intentus actus vitiisæ cupiditatis? Quibus rāmenis, & eo quo tentiis benignè explicandis, sed rigide accepisti, ita libet sonant, impletis tractatus, librōsque, nescio, quibus an Ecclesiae definitiones dissimulantes, auctoritatē illi temnentes.

32. Septima causa ea est, quod non semper etiam proprie*pendit*, cui, contra quem, quo tempore scripcharferint Patres, quod est omnino necessarium ad rectificam Scriptorum intelligentiam, ut sequentibus averti exemplis constabit. D. Paulus ad Romanos, quia reliquias Fidem attollit, ut videatur ei soli, non autem operari peribus tribuere, quod Fidelis salvetur, dum agit, & dicebat credidit Abram Deo, & reputatum est illi a deo veritatem; ei autem, qui operatur, merces non impugnat secundum Gratiam, sed secundum debitum rationem, ei vero, qui non operatur, creditur a deo in Haret in eum, qui justificant impium, reputatur Fidei medium ejus ad justitiam, secundum propositum Gratia Dei, & auctoritatē per Jacobum Apostolum, & ab eo eodem in exemplo Abraham confirmatā: in suā enim operam cano

DISPUTATIO VII.

159

ab A. non. cap. 3. hæc habet. *Vis autem scire, homo
us P. usis, quoniam Fides finè operibus mortua est!*
P. Pater noster nonne ex operibus justi-
ficiamur? offerens Isaac Filium suum super Al-
quosa? Vides quoniam Fides cooperabatur ope-
haritatis illius, & ex operibus Fides consummata est.
Sipseruntur debent verba Pauli aliter explicari, ac
cati, et videntur sonare; explicabuntur autem facile
men s. Ieo, qui noverit, ad eos scriptam eam Pauli E-
accepit, pitholam fuisse, qui in observantiis quibusdam
, nescio, quibus totam spem habebant, aut magis, quam
, an con. fride Christiana, quam susceperant. Debuit
ego illis tam liberaliter celebrari Fides, & præ-
emperit in predictis operibus, non autem operibus
ore scripti acharitate factis, de quibus loquitur Jacobus
um adrostolus. Hac ratione D. Thomas, ac D. Bo-
quentibus videntur explicant nonnulla in D. Augustino,
nan. q. reliquis Patribus, quæ videntur communi
autem ecclesia doctrinæ contraria, quatenus usi sunt,
, dum ita dicebam, terminis valde experimentibus, per
est illi quos videntur in errorem ei contrarium, quem
non impugnant, deflectere, sed verè non deflectunt,
dum doctriatio habeatur illorum temporum, eorumque
ni animi hereticorum, contra quos scribant; qui, ut ad
atn. Eu. medium revocarentur, erant quodammodo in
ratiadicituram partem inclinandi. Igitur S. Bonaven-
dei, expedita in Breviloq. par. 3. c. 5. postquam proba-
o eodem ex communi sententiâ, *parvulis non deberi*
enim *panam ignis*, cui videbatur contrarius S. Augu-
caso

L 4

stinus,

23.

stinus, addit. Hoc credendum est, sensibus, merata Augustinum, licet verba ipsius, exterius pro quisque per detestationem erroris Pelagianorum, alio mem, sonare videantur. Ut eos reduceret ad modum, abundantius declinavit ad extremum, p. ad fidicere, & minus volens intelligi. Similiter S. Thomas qu. 5. de malo ar. 2. ad 1. mensuram explicat ejusdem S. Doctoris, aliorumque, Patril qui similiter docuerant, pueros mortuos sine ammis Baptismo torqueri poenam ignis. Sancti subtilitate modo loquendi usi sunt, ut detestabilem reddito eorum errorem Pelagianorum, qui asserebant, iniquibus Parvulie nullum peccatum esse. Et in cap. 1. Gregor. Joan. lect. 7. Antiqui Doctores, emergunt etiam errores circa Eisdem ita persecuti sunt, ut in Ethicorum viderentur in errores labi contrariae. Ex circumstantiis igitur, explicandus est Doctor, & non ex solo verborum sono; qui invenimus mutatus, ex tempore, loco, & personae, immensum alloquimur, diversam induit significationem.

24. Octava demum causa ea est, quod de Rigo sensu Patrum, ex uno aliquo eorum verbo, non lego & non ex toto contextu, aut ex aliis eorum, in contextibus iudicetis; quod ne faceret, Lectio incidentia rem suam graviter obtestatur S. Hilarius libro Sacram de Synodis sub initium. Oro vos, per Dominum nostrum misericordiam, ut quia mibi ad vos, de Deo ex proximis, ut voluistis, rebus, & de Fidei nostra, quisquis

ffes, verata conscientia erit per has litteras sermo;
pro quisquam de me, ante sermonis consumma-
tum, per litterarum exordia existimet iudi-
cium, iudicium. Iniquum est enim, nisi compertum
sit ad finem ratione dictorum, prejudicatans
li moventiam ex initio, quorum causa adhuc igno-
men, afferre. Ex prava hac ratione iudicandi
enqu, a Patribus, duplex error extitit in Ecclesia.
os sine nimis malignitatis, alter temeritatis. Ma-
ti talitate peccarunt, qui ex uno aliquo Patrum
reliquo eos errasse statim pronunciarunt. Sic ab
inibus fuit tanquam Sabellianus accusatus
cap. 1. Gregorius Thaumaturgus, visus non distin-
gentis esse Divinas Personas: dum agit contra Elia-
Ethnicum hominem, ejus mysterii minimè
varias, quas alibi disertè distinguit. Teme-
nt Doctores peccant, qui ex uno aliquo verbo, aut
ui in sententiâ, statim colligunt, quæ fuerit Pa-
ersona, non ut eum errare, sed sibi favere
convenient, non ut eum accusent, sed ut se
accusent, ac defendant. Hoc modo defenditis
Rigores vestros. Semel dictum in Tridentino
legitis, Peccatorem, antequam justifice-
re, incipere Deum diligere, statim infertis, ab
Lectori idem requiri actum perfectæ contritionis
us libo Sacramento Pœnitentiæ: nec respicitis ad
Domini contextum, eaque multa, quæ idem do-
de Diem ex professio sess. 14. agens de actibus præ-
fratre quisitis ad hoc Sacramentum, unde opposi-
tem.

L 5

tum

tum clarè colligitur, ut alibi, Deo favente, non refendam. Legitis in eodem Concilio, fons de Morfuisse à Patribus vocatum Sacramentum Pœnitentiae Baptismum laboriosum, nec posse nos in eo Sacramento sine magnis nostris fletibus, & laboribus restitui in eam integritatem, quam per Baptismum fueramus adepti, & subito infertis, non posse recuperari à Peccatore gratiam, nisi diu jejunet, & longam Pœnitentiam tolleret, nec expenditis integrum textum, & reliqua, quæ paulo antè expendi, quæ vim veltra collectionis prorsus elidunt. Simili modis patres, & explicatis; sed hoc est caput in verbo, non interpretari; non est tentandum ferre, sed præcipitare: est claudere sibi oculos, non aliis sensa Patrum aperire.

25. Enumeravi causas præcipuas, propter quas, quamvis Conclusiones vestras mille Patrum sententiis probetis, aut potius probare carent, tamen verè Patribus non consentitis, sed potius ab eorum verâ doctrinâ receditis, & aberratis. Nunc ostendam, quod ostendendum mihi supereft, cur nos non ita multos textus Patrum afferamus in doctrinâ morali, nec plerisque ex antiquis Patribus respondeamus. Hac autem quæstione solutâ, patebit, à Patribus nihil recordare nostram Doctrinam.

Prima ratio, propter quam subinde positis quæstionibus ad mores pertinentibus, in quibus

non respondemus ex Patribus, ea est, quod in
seme de Morali, lumen Naturæ, & ratio plurimum
Pon. valer, quare sapientissime Augustinus, cum
Te vos quæstio esset, an mendacium, aut simulatio ali-
u, & quando liceret, ex ratione magis responden-
quam putavit, quam ex authoritate Doctorum,
tempore Hieronymi, aliorumque, quos Hiero-
nimus pro se allegabat.

Secunda ratio ea ipsa est, propter quam 26.

Philosophi modò ad omnes quæstiones re-
spondent, ex Platone, vel Aristotele, nec Ma-
thematici ex Euclide, aut Archimede, nec Me-
dicis ex Hippocrate, aut Celsi, nec Jurisconsulti
Ulpiano, aut Scriboniano, quod videlicet
numeræ quæstiones modò agitantur in Scho-
& quidem sapientissime, & necessariò pro
conditione horum temporum, de quibus Ve-
teres nec consultò, nec per occasionem, nec ullâ
ratione quidquam scripsere, ut patet per
currenti syllabum quæstionum, quæ modò tra-
mari solent, & debent. Igitur, aut consulendi
Recentiores erunt, aut ratione utendum erit,
petita quidem aliquando ex antiquis Doctori-
bus, universales quasdam regulas statuentibus,
autem sed per longum discursum, cuius demum fun-
damentum est ratio; aliquando vero, & ple-
rumque nec petita isto modo ex illis, ex quo
rum doctrina nihil luminis effulget ad aliquid
in quibusdam materiis statuendum, sed ex sole
dicta-

dictamine rationis. Dixi: *sapientissimè* nunc
Theologis Moralibus agitari in Scholis, eisque,
veluti morum Leges condi, aut Regulas trahi,
aut explicari, de quibus nihil habent Patres, ut
sapientissimè Deus per Prophetas post plura fa-
culta tradidit, ac docuit, quæ non docuerat
prius; & *sapientissimè* Patres ipso multas que-
stiones, pro loco, & tempore tractarunt, quæ
nec attigerant Apostoli, nec proximi eorum
successores. Quin hæc est nostrorum tempo-
rum laus magna, hæc nostra felicitas, ut vix il-
lum modò possit in moribus dubium incideret,
vix ulla quæstio proponi, cui responderi facile
non possit ex iis, quæ à nostris Doctoribus agi-
tantur.

27. Tertia, & potissima ratio ea est, quod
plerumque Patres, cùm de pertinentibus ad mo-
res, & regimen humanarum actionum agunt,
vel non querunt, an hoc licitum sit, an illici-
tum; vel si licere, aut non licere dicunt, non
edocent, an ex natura sua, & semper sit illicitum,
an ex iis, quæ ordinariò rem illam circumstant,
nec circumstantias ipsas distinguunt, sed actionem
ex. gr. aliquam damnant, invehuntur in
eos, qui non abstinent. Hinc autem colligi
sapienter non potest, eam esse ex se, & semper
malam, & gravi potius, quam levi malitiâ infe-
stam; alioquin, quia sæpe invehuntur Oratores
sacri,

DISPUTATIO VII. 169

ut paulo antè dixi, in eos, qui post grave
peccatum differunt in plures hebdomadas, vel
genses Confiteri, expectantque ultimos majo-
ris hebdomadæ dies, id ex se & semper grave
peccatum esse, docerent, quod sanè non docent.
Igitur exempla ex ipsis Patribus petamus,
Ieron. lib. 4. Comment. in cap. 18. Matth.
quæ interpretatur præceptum Dominicum de
orū pīndendo pede, vel manu, eruendōque oculo
andalizante, *Si, inquit, ita est qui tibi conjun-*
gu, ut manus, pes, oculus; & est utilis, atque
acutus, & acutus ad perspiciendum, scanda-
lum autem tibi facit, & propter dissonantiam
urum te pertrabit in gehennam; melius est,
& propinquitate ejus, & emolumentis carna-
bus careas, ne, dum vis lucrifacere cognatos &
cessarios, causam habeas ruinarum. Ex hoc
textu, Doctores egregii qui estis, respondete
filio familias, quærenti, quid sibi faciendum sit,
ape peccanti ex pravis incitamentis sui fratri,
apius frustra moniti à se, & Majoribus suis, à
quo dividi non potest, an teneatur ipse, adole-
scens delicatus, & subjectus suis Parentibus,
dam domo aufugere, & ire profugus, & men-
dicus? Quid illi responsi datis?

D. R. Non tenetur sic abire.

D. D. Ergo deseris D. Hieronymum, do-

28.

centem indistincte ab scissionem à propinquissi-
mis, ut est oculus cuique, si sint causa ruinæ;

vel

vel saltēm ex ejus textu non respondes. Nam dicis, non teneri, de quo nihil Hieronymus. Ambrosius de Pœnit. lib. I. cap. 13. docet, alibi ciendas non esse tœminas à viris, nec viros aſſuminis. Et ideo (inquit) velamine obnubitur, put suum mulier, ut etiam in publico, tota vi- recunda sit; non facile vultus ejus in adolescentis oculos excurrat, nuptiali velamine tua sit, ne vel fortuitis occurſibus pateat ad vulnas vel alienum, vel suum, sed utrumque suum vul- nus est. His docet quidem, non debere fami- nam obtutum facilè in vitum intendere, decere, ut caput obnubat, cum prodit in publicum, & rursus posse cultu immodesto peccare, & esse causam alieni peccati. At non inde intelligam, quando mulier graviter peccet aspectu viro- rum, nimiōque cultu, & quando censeatur esse alieni vulneris causa. Non enim, quandocumque vir labitur ex intuitu puellæ ornatæ, imo & non ornatæ, tenetur hæc, aut domi subſi- te, aut omnem ornatum deponere.

D.R. Ex uno certè vel altero tantum textu Patrum, morum regulam non habes, sed habes ex multis.

D.D. Nec si congeras mille textus, ex- actam semper habebis ad singula ſumptionem, ex triplici eā ratione, quam tradidi, quod aut nihil ſcripſere de aliquibus, aut fere nihil; aut ſolum generalia principia; aut adhortando po-

Nam us, quam definiendo; aut ex ratione, quam
modo.

Quarta causa ea est, quod aliquando Pa-
tum responsa respiciunt, ut supra dicebam, eo-
m temporum Canones, qui modò non vigent;
non possumus ergo eorum responsis semper
ad ea, quæ sunt modò licita, vel illicita sta-
ndanda. Ex. gr. Augustinus lib. quæst. veter.
novi testam. vel quicunque sit auctor illius
quæst. 127. ut refertur cap. *Christianorum*
quæst. 4. docet esse illicitum conjugibus conve-
diebus Processionis. Et Ambr. serm. de
Trentu Domini, ut refertur cap. *Fratres* 33.
quæst. 4. idipsum prohibet in die jejuniorum,
in aliis multis diebus, ut habet in epist. 1. ad
Cor. cap. 7. & refertur cap. *Si causa*, eadem
quæst. 4. quia videlicet ea abstinentia tunc con-
jugibus præcipiebatur lege, quæ vigebat etiam
tempore Bedæ, qui cap. 4. de remediis peccato-
rum habet hunc Canonem. *Qui in matrimo-*
nio sunt, abstineant se tres Quadragesimas, &
Dominica nocte, & in Sabbato, & feria quar-
teria, quæ legitimæ sunt, & tres noctes
abstineant se, antequam communicent. Qui
non saltè pro diebus Quadragesimæ majo-
& supplicationum, habuit fortè in aliquibus
scelis vim veri, & gravis præcepti, cujus
transgressio gravi pœnitentiâ plectebatur. Hinc
abdi hunc alium Canonem. Qui in Quadra-
gesima

gesima ante Pascha cognovit uxorem suam, & noluit abstinere, unum annum paeniteat, ut suum pretium reddat ad Ecclesiam, vel pauperibus dividat. Et S. Gregorius i. Dialog. fert, foemina quendam à Dæmone arreptam fuisse, eò quod post accessum conjugalem, publicis supplicationibus interfuisset. Nunc quo, quid sis responsurus foeminæ, petenti, an licet post redditum Marito debitum, publica Ecclesiæ officiis, supplicationibus, & uulnus Divinis interesse, imo & communicare? Non licere? Damnabis igitur præsentem Ecclesiam, quæ hanc foeminam à sacris officiis & supplicationibus non arcet? Respondebis licere? Ergo deseres Patres, & quot, & quales Patres? Non deserco, dicas, nam desiit vigore ille Canon, idem, que Gregorius, respondens quæstionibus Augustini, quem in Angliam miserat, censuit, nec esse prohibendos communicare eos Fideles post castum, & sanctum usum conjugii, ne dum supplicationibus interesse. Si quis (ita ad interrog. 10.) sua conjugi, non cupidine volupzio captus, sed solum liberorum creandorum gratiâ uititur, de sumendo Corporis Domini, sa- guinisque mysterio, suo est relinquendus judicium. Eruditè quidem, & apposite. At Ambr. & in occ. Aug. dicunt, non licere; quomodo ergo eos non deseris, quomodo non contradicis? Quid respondes? Ne dubites vera respondere, & facies quod

od volo, nempe Patres in suis responcionibus
exisse quandoque suorum temporum disci-
pulam, tu vero respicis praesentem; non igitur
est inter tuam, Patrumque responceionem
cordia, ergo nec est inter nostram Patrumque
discriminam ulla discordia, si quandoque vide-
tur opposita respondere: ex eadem enim ra-
tione, non sunt opposita, quamvis ita esse ri-
gidas, & frigidulas quibusdam Censoribus vi-
natur.

D.R. Id quidem excusa, & probè intelli.
aliquas Patrum responceiones non congruere
tempori, ac proinde non posse Docto-
moram ex eis respondere: sed multa
effectò docent, quæ congruere omni tempori
sunt; adhuc tamen eos deseritis.

D.D. Profer exemplum. Multa enim di-
uis, quæ non probatis.

D.R. Sunt quidem multa, sed non occur-
re modò. Non enim veni huc paratus, nec
fatore tuae disputationis argumentum puta-

D.D. Frigida excusatio. Satis clarè hanc 31
calumniam hic disiecturum in calce disputa-
tio quintæ præmonui. Dicas ingenuè. Nul-
lum & occurrit, quia nullum est, quod occurrat.
os non aliquid aliquando deserimus unum aliquem ex
id reis, sed ut sequamur alios Patres, eo modo,
fateri Augustinus Hieronymum, aliósque ejus so-
quod

M

cios

eos Doctores, in controversia mendacii defal
runt, & quo ipsum Augustinum deseruere Tho
mas, & Bonaventura in quæstione poenæ po
rorum, quamvis ex quadam erga tantum Do
ctorem reverentia id non fecerint expresse, ad
eum benignè interpretari conati sint. Igitur
id non satis est, ut desertores Patrum merito
vocemur; alioquin desertor Patrum dicendus
erit Augustinus, Thomas, & Bonaventura. Plus
aliquid requiritur, nempe ut doctrinam tra
mus, quam Patres communiter rejicant, vel
unus Pater communiter receptus. Sed hoc non
facimus, & ideo tibi nullum occurrit exem
plum, quo nos revincas.

D.R. Tandem occurrit, & quidem in
signe.

D.D. Audiam.

32. D.R. Omnes, tam Latini, quam Græci Do
ctores, choreas damnant, tanquam delictum Deo
graviter invisum. Sic eas damnat Ambrosius
lib. 3. de Virgin. & alibi uberiori stylo fletu
que, peccata, & peccatorum pericula, in qua
saltantes incurruunt, enumerat. Eas damnat
Aug. serm. 115. tanquam Ethnicâ superstitione
infecta. Similiter S. Ephræm de ludis fugien
dis. *Ubi cythare, & choreæ, ibi vistorum tenta
bre, mulierum perditio, Angelorum tristitia, dia
boli festum,* Basilius orat. 8 de Temper. & lo
contin. Cattitatem, aut corporis, aut mentis i
saltan-

stantibus fœminis amitti docet. Quod si non-nolle (inquit) peccatum corpore effugerunt, o-mnes tamen animo depravatæ, atque inquinatæ sunt. Idem sentit Chrysost. hom. 3. de Da-vid, reliquique utriusque Ecclesiæ Doctores, quos afferre infinitum esset. Vestri tamen Ca-ristæ recentiores gravem in eis fœditatem in- die negant. Num hoc etiam est illud, quod pertinet ad solam veterem disciplinam, & no- tro tempori non congruit, ut paulò antè di- cias? Ita profectò nostro tempori virtutes non congruunt, sed sola vitia, & Patres fuere eorum temporum Doctores, non autem no- vorum. Puto, quod hæc dicturus sis. Quid cum aliud respondere possis, non video.

D. D. Non est, quod insultes. Est quidem 33.
tibi, quod ingentes tibi gratias agam Nihil
cum illustrius dici poterat ad confirmandum,
quod antea dicebam, nempe Patres consuevisse
ad inveniri in vita, generalibus quibusdam
mentiis, non autem tradere doctrinam ad spe-
s singulas descendenter, definientemque de-
cūlis. Quod ut intelligas tandem, & insul-
te amplius non possis, quæro, instituuntne
eum citati has quæstiones, an omnes choreæ
sunt illicitæ? An hujusmodi sint choreæ inter
eisdem sexus personas ad fallendum tempus
sunt? An semper sint illicitæ, quæ exerce-
tur

M 2

tur inter personas diversi sexus? An quæ licet per se sunt, exerceri ab omnibus, aut in omni loco possint? Has certè quæstiones non instituunt Patres, ut faciunt Theologi morales, sed invehuntur in choreas, utique non in omnes, alioquin peccasset David animo simul, & corpore ante Arcam exultans: ergo solum aliquas. Ita profectò explicandi sunt, quamvis non distinguant. At quis Casuistarum omnes absoluunt? Quis non fere omnes, quæ miscentur a personis diversi sexus, damnavit? En tota nostrorum Casuistarum, etiam eorum, quos aedilis appellatis, doctrina, quam propono breviter, tu aliquantò fusius propositam, vide poteris in Tamburino, lib. 7. in Decal. cap. &c. § 7. aliisque hujusmodi Recentioribus. Chorarum tres sunt classes. Prima est absolute pudica, seu pura. Secunda, impura per se. Tertia, impura per accidens. Puræ sunt choreæ (estilo sint aliquando aliquantulum vanæ) quæ inter ejusdem sexus personas, sine ullo turpidinis gestu, vel ulteriori pravo fine fiunt, ut quas puellæ inter se domi ducunt, vel rustici inter se in suis mapaliis vespere ad levandum laborem. Hæ ipsæ tamen, quæ secundum se licet sunt, prohibentur Ecclesiasticis, Religiosis, Monialibus. In Ecclesia autem, vel prope ipsam, prohibentur omnibus; & secundum mensu,

mensuram scandali, vel irreverentiae, culpam continent. Impuræ, per se, adeoque semper impuræ, sunt, quæ mixtis maribus, fœminisque, non etiam separatis, fiunt cum gestibus obscenis, tactibus parum pudicis, amasiarum, amicorumque interventu, & similibus. Hæ profecto sunt gravi malitiâ infectæ, & omnino abegandæ. Impuræ per accidens sunt choreæ, quæ per honestas fœminas, virósque, in convivis, in nuptiis, in diebus lætitiae deditis, fieri consueverunt. Hæ per se impuræ & peccantib; non sunt, exerceri enim sine peccato mortali per se possunt. Sunt tamen non paucis valde periculosæ; qui proinde pro mensurâ peccati, ab eis abstinere tenentur.

Quid in tota hac doctrinâ contrarium patribus? Imo quid non dignum Patribus? Erat quidem si doctrinam hanc, tam dilucidam, tam distinctam, tam brevem, & simul omnia comprehendentem, in antiquo aliquo Doctore repertus, exclamares, Pulchram, Optimam, Divinam doctrinam! Sed quia eam tradunt Recentiores nostri Calvistæ, eam legendò percurrere, ne cum laudibus celebrare, deditur; quin Patribus contrariam appellas, quia magis distinctam. Quid est hoc, nisi Divina beneficia, quia non antiqua, sed nova, recusare? Quid, nisi plam doctrinam Patrum rejicere, tuo stomaco,

M 3

cho,

cho, studiō Recentiorum, præparatam? Intel-
ligis jam, ut opinor, prodesse mihi exemplum,
quod attulisti; eoque magis confirmari, quod
ostendere conatus sum, Recentiores nostros
Casuistas, non ex genio suo scribere, & respon-
dere, sed ex doctrina Patrum, ubi Patres pra-
juere; ex doctrina non contraria Patribus, ubi
Patres non præjuere, sed quam ipsi Patres tra-
derent, si hac ætate docerent, si videlicet Ca-
suistam agerent in scholis, & non sacram in
Templis Concionatorem, ut egerunt plerū-
que, cùm de moribus agerent, & ideo minus
distinctè locuti sunt, quàm cùm de Fide scrip-
re. M.G.R.

Dum autem laudavi Recentiores, plero-
que laudavi, nempe eos, qui communī Sapien-
tia judicio laudabiles sunt, non autem eos,
quorum luxuriantem in opinando licentiam
sapientissimè Alexander VII. & Innocen-
tius XI. in suis decretis damna-
runt.



CA-